



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 32. Scriptorum religione Catholicorum opera & decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

ne deinceps Episcopi, aut eorum Offi- Sæc. XVII.  
ciales in rebus profanis ad Ecclesia- A. C. 1707.  
stica Tribunalia, Nuntios Apostolicos,  
aut Curiam Romanam appellarent,  
secus, omnes horum sententiae pro ir-  
ritis habendæ. Reipsa anno sequenti  
in Judicio Aulico sententia Romana in  
caussa Amersbeckii & Schreiberi, nec-  
non alia eodem anno die decima sexta  
Maij in caussa Grassi contra Wernckin-  
num tanquam nulla fuit declarata.  
Hac etiam ex caussa, necnon ob alias  
plurimas rationes eodem anno Cæsarem  
inter & Papam dissidia, quæ aliquam-  
diu sub cineribus glisebant, in aper-  
tum eruperunt belli incendium, quod  
brevi tamen per amicam utriusque par-  
tis compositionem restinctum est, uti  
paulopost memorabimus.

### §. XXXII.

#### *Scriptorum religione Catholicorum opera & decessus.*

Inter Scriptores Catholicos, quorum *Niceron.* es-  
mortem Respublica literaria etiam *rud. Vir.*  
*num deplorat, præcipuus est Joannes* *t. 7. p. 417.*  
*Mabillonius operum multiplicitate, ac* *La Cerf Bibl.*  
*præstantia longe celeerrimus, ac in-* *Hist. p. 286*  
*clytum Benedictinæ Congregationis* *Dupin. noui*  
*S. Mauri decus atque ornamentum.* *Bibl.*  
Hic nullum quidem in claustro tenuit  
digni-

Sæc. XVII. dignitatis gradum, omnes tamen  
A.C. 1707 ruit, & mereri pulcrius quam adipisci,  
et subesse quam præesse tutius, ac in

librorum pulvere sordescere jucundius  
censuit. Edidit primo eruditissimus  
hic Vir S. Bernardi opera notis atque  
observationibus illustrata, ejusdem S.  
Patris de consideratione novam editio-  
nem, Acta Sanctorum Ord. S. Bene-  
dicti: Veterum Analectorum tomos  
quatuor, Animadversiones in vindi-  
cias Kempenses contra P. Testaltem, libri  
sex de re diplomatica, unacum  
supplemento contra P. Germonium  
suitam, libros tres de Liturgia Gal-  
cana, Musæum Italicum, responso-  
rum Benedictinorum Burgundicorum co-  
tra Canonicos Regulares, unacum lo-  
rata responsione ad eosdem, Epili-  
lam de primævo Instituto Ramireno-  
tano, tractatum circa verba Millesis  
Communionis in Regula S. Benedicti.  
Tractatum de studiis Monasticis, uni-  
cum reflexionibus ad Abbatis de  
Trappe responsum, Epistolam encycli-  
cam de morte Matris Jacobinæ Blen-  
Benedictinæ Monialis, Regulam S. Be-  
nicti, & statuta Stephani Ponche-  
Parisiensis Episcopi, Eusebii Roman-  
ad Theophilum Gallum Epistolam de  
cultu ignotorum, unacum communi-  
toria epistola ad Claudium Estienno-

Epi-

V  
ne  
C  
A  
la  
po  
Ca  
ri  
m  
in  
sti  
ga  
ti  
lu  
ra  
ne  
Tu  
T  
Si  
lib  
ce  
fid  
du  
bi  
de  
ni  
IV  
st  
J  
ri  
si

Epistolam ad Blessensem Episcopum de Sæc. XVII.  
 Vindocinensibus lacrimis, & discer-  
 nendis reliquiis antiquis, mortem  
 Christianam ad Angliæ Reginam,  
 Annates Ordinis S. Benedicti, episto-  
 lam ad Angliæ Catholicos contra im-  
 posturam eidem impactam, ac si a fide  
 Catholica defecisset; scripsit etiam plu-  
 rimas dissertationes, præfationes, poe-  
 mata, epistolas dedicatorias præcipue  
 in novam editionem operum S. Augu-  
 stini. Posthuma autem ejus opera vul-  
 gavit Anno 1724. P. Antonius Vincen-  
 tius Thuillier ejusdem Ordinis II. Pau-  
 lus Casatus Jesuita typis vulgavit Ter-  
 ram machinis motam, orationem fu-  
 nebrem in obitu Pauli Poliensis Ducis,  
 Tubam loquentem & disputationes  
 Theologicas de Angelis. III. Petrus  
 Silvanus Regis, scripsit responsum ad  
 librum cui titulus: *Petri Danielis Huetii*  
*censura Philosophiae Cartesianæ*, respon-  
 sionem ad reflexiones criticas Domini  
 du Hamel, duo responsa ad P. Male-  
 branchium, tertium responsum circa  
 delectationes sensibiles, & usum ratio-  
 nis & fidei ceu utriusque harmoniam.  
 IV. Ludovicus Cousin elucubravit Hi-  
 storiam Constantinopolitanam a Regno  
 Justini usque ad finem Imperii, Histo-  
 riæ Ecclesiasticam Eusebii Cæfareen-  
 sis, Historiam Romanam Xiphilini, Zon-  
 nari

A. C. 1707.

Sæc. XVII. nari & Zosimi, Historiam Imperii O-  
 A. C. 1707. cidentalis, Discursus Eusebii Cæfareen-  
 sis circa miracula Apollonii Thyanæ,  
 & sermones Clementis Alexandrini,  
 Principia & Regulas vitæ Christianæ,  
 & Historiam plurium Sanctorum ex fa-  
 milia Tonneriana, & Claromontana.  
 V. Eleonorus Languevin Parisina Fa-  
 cultatis Theologicæ Doctor scriptis ele-  
 gans opus contra Masum Prædicantem.  
 VI. Carolus Caffa ex Ord. S.  
 Dominici prælo subjecit moralem di-  
 sciplinam, tractatum de divinis attri-  
 butis, & de primario Dei constitutivo,  
 tractatum de legum natura, & disce-  
 ptiaria, diætam studiosi Nobilis præ-  
 versionem Italicam Pentateuchon & alia  
 nonnulla. VII. Petrus Thomas Pu-  
 gliesse Carmelita publici juris fecit  
 quæsita promptuaria, lapidem angu-  
 larem ad confringendam perfidiam Ju-  
 dæorum, Historico - Theologum, tra-  
 ctatus de supremo Christi Sacerdotio,  
 & de institutione ejus Vicarii, His-  
 toriam veteris Aufoniæ, Praxin civilem &  
 Criminalem Canonicam, pluraque alia.

## §. XXXIII.

*Opera & decessus Scriptorum Ac-  
 tholicorum.*

Inclat.